

21
P. b. 20. num. 43.

DISSE^TAT^O IN AVG^RALIS JVRIDICA,
DE

VALIDA IN INSTRV-
MENTO FACTA FORI
RENVNCIATIONE,

QVAM

Occasione L. si quis 29. C. de pacis,
DIVINA ASSISTENTE GRATIA,

EX

DECRETO ET AVCTORITATE
MAGNIFICA^E FACVLTATIS JVRIDICAE,
IN ILLVSTRI MARBVRGensi ACADEMIA,

PRO

SVMMIS IN VTROQUE JVRE HONORIBVS,
ET PRIVILEGIIS DOCTORALIBVS RITE CONSEQUENDIS,

PVBlico ET SOLENNI
ACADEMIAE PROCREVM EXAMINI
DIE XXV. MENS. JVLII c^o 15CCXXVI.

SUBMITTIT

STEPHANVS SIGISMVNDS
WLØMEN,
SAXO.



MARBVRGI CATTORVM,
TYPIS PHILIPPI CASIMIRI MÜLLERI, ACAD. TYPOGR.

SERENISSIMO ATQVE CELSISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO,

DOMINO

ERNESTO
FRIDERICO,

DVCI SAXONIAE,
JVLIAE, CLIVIAE, MONTIVM,
ANGRIAЕ & WESTPHALIAE,
COMITI PROVINCIALI THVRINGIAE,
MARCHIONI MISNIAE, COMITI PRINCIPI
HENNEBERGIAE, MARCHIAE & RA
VENSBERGAE, DYNASTAE RAVENSTEINII,

ET RELIQ.

PRINCIPI AC DOMINO MEO
CLEMENTISSIMO

SACRVM.

SE RENISSIMO ALGE CERTISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO.
DOMINO.

ERNESTO FRIDERICI

DACI SAXONIAE
TAE CIVIAE MONTIVM
ANGRIA E WESTPHALIA
COMITI PROVINCIAI THURINGIAE
MARCIIONI MISNIE COMITI PRINCIP
HENNEBERGIE MARCIIAE AV
ENNSBERGIE DYNASTIE RAVENSTEIN
PRINCIPI AC DOMINO MEO

CLAVIUM
SACRA

20. 26
SERENISSIME ATQUE POTENTISSIME
PRINCEPS AC DOMINE,
DOMINE CLEMENTISSIME


uando suos arcus per æthera circinat
iris, ventorum rabies declinat in
tranquillitatem, nubium caligo
dispergitur, Cæli facies se monstrat
nobis serenam, tonitru & fulgu-
ris fulmina cessant, atque ex tenebroso, præradiat
tempus nobis atmoenissimum.

SERE-



SERENISSIME PRINCEPS obitus PA-
RENTIS TVI, Principis nostri post fata non
minus submississime devenerandi, universum DV-
CATVM maxima tristitiae nube ac tempestate, ita
hactenus obtegit, ut nil nisi spississimas tenebras
potuerimus intueri: Quid enim tristius accidere
potuisset, quam quod firmissima Reipublicæ Co-
lumna, subito quasi tonitru ac fulgure mortis,
proh dolor! fuerit eruta. Et sanè, nisi CEL-
SITVDINIS TVAE Mater Optima, PRIN-
CEPS AC DOMINA nostra CLEMEN-
TISSIMA, illam prudentissime regnasset, cun-
cta in tempestatem, funestumque statum, trans-
mutata fuissent. Quemadmodum autem Iris,
quam primum illucescit, belligerantia tonitru
fulmina propellit, eaque Cælo pax aurea red-
integratur: Sic omnes ac singuli SERENI-
TATIS TVAE submississimi subditi, in maxi-
mam prorumpunt lætitiam, intuentes formosissi-
mam salutis suæ, è tenebris tristitiae nubibus
progre-

26

progradientem Iridem. Quapropter utique pie-
tas atque submissio jubent, ut & ego cum omni-
bus ac singulis piissimis subditis, gaudium ex fe-
lici è peregrinis oris, in CELSISSIMAM DO-
MVM reditu, perceptum, devotissimis votis ac
precibus obtester, insimulque me, meaque stu-
dia GRATIAE TVAE CLEMENTISSI-
MAE, humillimè commendem. TIBI itaque
voce devotissima, inter innumera subditorum
vota congratulor, quod CELSISSIMAM TVAM
DOMVM non modo salvam post reditum, flo-
rentemque, sed & splendore uberrimè auctam,
omnibusque suis numeris & partibus beatam,
nunc iterum aspiciamus. Augusto quondam
vectores & nautæ acclamabant: PER TE VI-
VIMVS; PER TE NAVIGAMVS; PER
TE LIBERTATE ATQVE FORTVNIS
FRVIMVR. Lætius hæc ego TIBI acclamo:
PER TE VIVIMVS, PER TE LAETA-
MVR: PER TE LIBERTATE ATQVE
FOR-

400 0 26

FORTVNIS FRVIMVR; VIVAT PRIN-
CEPS NOSTER CLEMENTISSIMVS,
ERNESTVS FRIDERICVS,
gratiosissimaque & indulgentissima sua dextra,
primitias hasce Academicas, devotionis meæ mu-
nus, accipiat, quod submississime orat, rogi-
tatque

SERENISSIMAE CELSITVDINIS TVAE
AVIMAS; PER TE NAVIGAMUS; PER
TE LIBERTATE AVIMAS; PER TE DORTANIS
Subiectissimus & humiliatus
servus
FOR
St. S. WLOEMEN.





Q. D. B. V.
SECTIO I.
THESIS I.



anta à teneris usque hominum perversitas est, ut propter contentiones, cohabitare genus hum-
num vix possit, & hinc fratrum quoque gratia
rara sit, imò inter parentes ipsos similitates oriuntur
& rixae, quibus dirimendis sedandisque, com-
moda fuerunt statuenda remedia, supremae op-
nor Majestatis terror, Magistratum potestas, &
Judiciorum vigor. Nam, licet tramites decori, ipsis hominum mem-
tibus, in creatione à natura impressi; CICERO *L. 2. d. LL.* non tamen
naturae depravatae reprimunt malitia, nec jus quoque legitimum,
legumque sanctiones, factiones, motus & violentias, in civitate
tollere possunt, nisi dentur, qui Jura regant, & Juri dicundo sint
praefecti, ut Pomponius, *L. 2. s. 13. ff. de O. I.* eleganter asserit.
Hinc in omnibus omnium Gentium rebus publicis, judicia fuisse
constituta, ex variis antiquitatis patet monumentis, quod inter alios,
non minus perbelle demonstrat LEHMANN in *Chron. Spirensi L. 2.*
& CONRING in *Dissert. de judic. Imperii Germanici*, ubi ex Cæsare
& Tacito referunt, Regionibus & Pagis Principes præfuisse, eosque
inter suos jus dixisse, & minuisse controversias.

A

THESIS

THEISIS II.

Verum cum subditi pro varietate conditionis personarum, rerum, & actionum humanarum, diversis non modo subjecti sint foris & judiciis, sed etiam variis inde fruantur Jurisdictionibus, sic pro disjunctis proinde illis inter se constitutis Magistratibus, disjunctionis quoque obstringuntur legibus, ita ut non semper ea, quae cipiunt, temere possint in effectum producere, in primis cum ultrò eorum potestate sese subjecerint, liberrimaque ex voluntate superiorum agnoverint, quare cum ejus tantum sit nolle, cuius & velle, & repudiate nemo possit, ad quod propria facultate est inhabilis, atque sic frustra queratur de voluntate, nisi prius constet de potestate arg. l. 13. l. 174. §. 1. de R. I, sic operae pretium ponii existimavi, si quidem pro specimine Inaugurali, thema *de valida in instrumento facta renunciatione fori privilegiati*, mihi selectorum, ad cuius evolutionem, Divino invocato auxilio, pro vi- rium tenuitate, me nunc accingo.

THEISIS III.

Quid Renunciatio, it. quotuplex illa sit, qui de renunciationibus in genere vel in specie scripserunt, larga manu toties executi sunt, ut iisdem hic immorari velle, supervacaneum jure meritoque existimem: Ipsam vero *Renunciationem fori*, de qua acturus sum, describo, quod sit: *Fori, cui quis Jure communii, vel ex singulari privilegio alias subjectus, quoad certam causam, in favorem alterius. Jure permittente, facta abdicatio.* Adeoque forum hic non denotat locum, in quo judicium agitur, seu ubi Judex & partes, ad inquirendam, decidendamque causam conveniunt, sed ipsam judicis competentiam, inter partes litigantes, teste CALVINO in Lexic. Juridic. voce Forum: Haec competentia dicitur, aut ratione juris communis, aut ratione privilegii singulatis: Nam jure communii forum fortimur in actione reali, eo in loco, ubi res sita, in personali, ubi contraximus: Jure singulari, ubi

¶ 3 ¶

ubi proprie & de jute sumus conveniendi. Hinc fori *renunciatio*, vel maximè differt à prorogatione, forum enim prorogatum, proprie non est competens forum, atque aliter non constituitur, nisi litis contestatione, cum hic extendatur & habitus & actus, ac excedat suos terminos naturales. *Renunciatum* autem forum, est, & manet forum competens, nisi quoad hunc actum, & sic renunciatio etiam, si non in præjudicium universitatis facta fuerit, statim convalescit, & tribuit actori jus quæsumum, non autem prorogatio, et si non negem, quod per renunciationem actu inducatur prorogatio. Interim sicut *Renunciatio* est species alienationis, sic renunciare possunt, qui & contrahere & quibus forum jure communi, vel ex singulari privilegio est concessum. Objectum renunciationis, hic est favor alterius, quo sc. rem suam facilius confici possit.

THEISIS IV.

Sequitur nunc; ut primo loco dispiciam, an *Renunciatio* fori, Jure permittente, unquam fieri possit: Quod ipsum ad duum Legis 29.C. de partis in Lemmate Dissertationis praescriptae, evincere conabor, cuius verba proinde, quantum instituti ratio exigit, mihi pro cynosura erunt. In l. hac 29. (que una ex quinquaginta decisionibus, lata enim à Justiniano Imperatore anno primo post consulatum Lampadii & Orestis, qui AE. Chr. 531. directa ad Johannem P. Præt. & veteris juris altercationem decidit) quæstio s. casus continetur, ubi partes instrumento desuper confecto, per conventionem se foro suo ordinario abdicaverant. Dubitatum, Imperator, antea fuisse, ait, utrum renunciantibus, nihilominus contra voluntatem propriam venire, poenitere atque exceptione præscriptionis ejusce fori, se tueri licet? Ipse vero Imperator clarissime hoc dubium autoritate LLatoria decidit; Si quis inquietus, in conscribendo instrumento confessus fuerit: Quoad jus Romanum non parum sane hic interesse puto, ita ne loquatur JCtus, an si

in contrahendo convenerit, si pactus sit: cum hoc modo intellegatur pactum contractui adiectum, i.e. in ipso contractu, ex eismodi pacto, Jure civili nascitur actio, jure pratorio exceptio & replicatio, quod multo aliter se habet eo in modo, quo Imperator hic sumit, cum hoc loco instrumentum non antecedat contractum & sit in continent, sed sequatur & superveniat. Verum cum pactorum indolem & naturam, longè aliam hodie esse, ac jure fuerit Romano, in competo sit; sic antiquitatem, aut placita juris Romani, quippe cum illo jure ex pacto serio, licet & deliberato, nulla efficax nascatur obligatio & actio, nisi vel transierit in speciale nomen contractus vel speciali lege confirmatum, vel contractui in continent adiectum, vel implemento corroboratum es-
tet. Jure vero Germanico seruum & deliberatum pactum, semper & omni tempore, obligationem & actionem efficacem produxerit, etiamsi in sensu juris Romani nudum audiat: *vid. SCHILTER Exerc. ad ff. tit. de pactis §. 2.* idemque juri Can. consonum sit, arg. c. 1. & tt. X. de pactis. ubi DN. BÖHMER in *VM. jur. can. L. 1. Tit. XXXV. §. 1.* prolixius inquirere, instituti mei ratio non est. *vid. MEV. p. 5. Dec. 408. CARPZ. p. 2. cap. 19. def. 17. n. 8. & p. 2. dec. 146. n. 2.*

THESES V.

Pergit Imperator, confessus fuerit: Confessionem ipsam per-
sum esse, vel saltem pacti vim habere, patet ex l. 40. §. 1. de pactis,
ubi PAPINIAN. qui provocavit pactus eß, dicit: Et non obstante eo,
quod impropter accipi velint FRANCISCVS CVRTIVS, ad d. l. 29. C. de
pact. n. 1. aliisque, recte tamen & proprie, ex usu latinitatis genui-
no, loqui hic LLatorem existimo: quippe cum confessio pro
qualicunque contra se facta pronunciatione, sit accipienda. *vid.*
PAVL. l. 1. ff. de confess. ac sic confessione in conscribendo instrumen-
to facta, se fori præscriptione non usurum, aliquis contra se pro-
nunciat, & sibi est impedimento, quo minus exceptione fori non
compe-

5

competentis, postea uti possit. vid. l. 11. §. 1. de interrog. l. 7. C. de probat. adeo ut nec revocare eam regulariter valeat. l. un. C. de confess. MOLLENB. div. 5. c. 3. add. 1. (quid clarius).

THEISIS VI.

Interim cum LLator non se referat ad pactum aliquod præcedens, ubi aliás sic verba sonare debuissent: *Si quis in conscriben-
do instrumento confiteatur, hoc actum esse, ut fori præscriptione
uti nolit, ubi et si revera contrahentes pacti non essent, tamen du-
bium non sorer, quin teneatur confessus, quia fides instrumento
est habenda, donec contrarium proberet, l. 15. C. de fid. Infr. §.
12. & 17. Infr. de inut. stipul. §. ult. Infr. de Fidejuss. sed loquatur de
eo, qui in conscribendo instrumento ipso & simultaneo actu,
nunc primum confiterit & promittit, dubium omnimodo vide-
tur, an vim pacti nanciscatur? quia non ex duorum placito, sed
unius confessione provenit; certo vero certissimum est, in pacto
duorum placitum, & mutuum consensum adesse debere arg. l. 1.
§. 3. in fin. ff. de pact. §. 17. Infr. de inutil. stipul. adeo ut ante o-
mnia in contraactibus caute attendendum, quo consensus utriusque
contrahentis, liquidò exprimatur, ejusque obstacula è medio
tollantur. Sed, quis crederet, in præsenti casu eum non consen-
tire, qui renunciationem desiderat, aut in cuius favorem ea facta,
imò si proprio motu fuerit renunciatum, & alter non contradicat,
quis negaret, illum renunciationem, non rari habere, in primis
cum salutis suae, in dubio nemo hostis præsumatur, in tantum,
ut libera ei proinde concedenda voluntas, jus suum ex renuncia-
tione perceptum, strictissimè persequi.*

THEISIS VII.

Sequitur in textu: *se non usurrum fori præscriptione.* Habet
Præscriptionis vocabulum, apud D. D. varios significatus, vid.
WESENB. in parat. sub tit. de Except. n. 4. HAHN ad WESENE.
sub tit. de usurpat. & usuc. n. 3. ZANGER. de Except. p. 1. c. 3.

n. 28. Alii enim illud acquisitioni rerum mobilium, per continuatam possessionem speciatim applicarunt, speciali quoque nomine usucaptionis venerati sunt: alii auctis sc. Imperii finibus, generali verbo præscriptionem nominarunt à præscribendo, ubi legibus præscriptum est tempus, intra quod quis jus suum prosequi tenetur, sub poena amissionis. HAHN. ad WESENR. sub tit. de usurp. & usuc. n. 3. unde & temporis præsinitio dicitur SCHNEIDEW. ad Inst. tit. de usuc. ad pr. n. 6. vel etiam ab inscribendo, quod res præscripta decen-
nio, quasi nomine Domini inscriberetur. vid. SCHILT. prax. jur. Rom. in for. Germ. Ex. 45. §. 48. sic usucatio & præscriptio iure veteri fuerunt discretae, & differebant objecto, tempore, effectu, cuius distinctionis litem, cum præscriptio & usucatio, hodie sub unico illo vocabulo præscriptionis comprehendatur, hic non discutiam, pluribus illam legere poterit B. L apud STRUV. Exerc. XLIII. th. 5. Hoc saltem monendum, duo hodie præscriptionum esse gene-
ra, altera quæ usucaptioni æquiparata, quæ præscriptio est rerum, & est modus acquirendi dominium rei. à non Domino b. f. & iusto titulo accepia: altera temporis, quæ præscriptio in specie vocatur: MOLIN. ENB. p. 480 add. 2. Præscriptioni vero sunt subjectæ, non so-
lum res corporales, sed etiam incorporeales &c. pr. Inst. de usurp. & usuc. l. un. C. de usuc. transform. l. fin. C. de præscr. long. temp. sub quibus inter alias venit jurisdiction, quæ præscribenti dat exceptionem incompetentiæ, immo vox ipsa præscriptionis, pro dupliciter intelle-
cto ejus sensu, denotat exceptionem, ac sic stricte pro exceptione temporis, late pro quacunque exceptione, non modo dilatoria, ut l. pen. & ult. C. de except. præscript. præjudic. sed & perempto-
ria l. 8. C. eodem, accipitur vid. l. 15. §. 7. de adult. l. 18. §. ult. de ju-
dic. l. ult. de suspect. tut. l. 1. §. f. ne de statu def. l. 34. §. 3. de legat. 2.
l. 3 de prævaricat. ubi clare patet, verbum præscribere significare
excipere sive ab agendo repellere.

THE-

THEISIS VIII.

Atque ita si alio loco quis convenire nos audeat quam in foro præscripto, quod intuitu rei, vel est commune, vel privilegiatum, competit nobis exceptio declinatoria, aduersus jurisdictionem, in tantum, ut sicut nec renunciatio præsumitur, ita nec voluntas iuri derogandi, nisi specialiter exprimatur, inde colligi possit, arg. cap. 2. de rest. spoliat. cuius verba hæc sunt: *solicite cures perquirere, quo tempore renunciavit ecclesiae, & si tibi confiterit, eum spoliatum, cum eidem ecclesiae renunciavit, contra eum tētes alterius partis, de juramento & renunciatione sponte facta, antequam restitutus fuerit, non admittas, quia non est verissimum, quod sponte juri suo renunciaverit spoliatus.*

THEISIS IX.

Præcedente Thes. forum dixi respectu rei, aut esse ex jure communi, aut singulari, in illo forum facit in actione reali, locus rei sitae, in personali contractus; In hoc scil. singulari, reus forum sibi facit, ubi conveniri potest, scil. in foro privilegiato, quod quinque hominum generibus, ratione conditionis personarum competit, & quidem 1.) Personis miserabilibus, illis enim Imperator Constantinus in l. un. C. quando Imperator inter pupill. vel viduas, intermissis instantiis intermedis forum constituit immediate, coram judice supremo, vid STRYCK. introd. ad prax. C. 5. §. 20. quod quidem in Camera Judicio, non amplius observari, ex male intellecto sensu GAILI L. 1. Obs. 1. n. 40. non pauci, quos inter & SCHÜTZ. in compend. ad Lauterb. tit. de judic. putârunt. Verum attenduntur tam tradente Domino CARPZ. L. 2. Ref. 19. n. 15. GROENEW. add. l. un. adhuc in Principum secularium judiciis, quin imò & ipsa Camera, LVDOLPH. in prax. Camer. pag. 32. vid. LYNCK in anal. tr. ad Sruv. in fin. tit. de judic. & quamquam apud Imperatorem, forum hocce non observetur, ne contra quam in capitulationibus promisit, Principum & Statuum Imperii instantias turbare videatur, & ius evocandi alienos subdi-

subditos, promiscue concedat. Ex capite tamen protractæ & denegatæ
 justitiae, recursum quilibet ad summa Imperii Tribunalia habet. VULT.
 add. l. un. STRUV. Exerc. IX. th. 15. Multo minus Judicium illud,
 quando causa discutienda, peculiare forum efflagitat, ut sunt Eccle-
 siastica, Feudales, Metallicæ &c. obuiuebit. alleg. LYNCK, in anal.
 ad STRUV. tit. de judic. th. 59. idem in dec. 1276. nam cum ea gratia
 constitutum, nè diurnitate li. is & per plures instantias, cum ma-
 ximo bonorum suorum & temporis dispendio, hujusmodi commis-
 seratione dignissimi homines desfatigati, sub justo sæpe, (ut dicunt)
 Clypeo succumbere, vel etiam sua penitus exhausta cogantur; sic
 non video, cur privilegium, istis personis sit adimendum, nisi per-
 sona miserabilis, contra æque miserabilem agat, ubi ptivilegia se-
 muuo impide solent. arg. l. II. §. fin. ff. de minor. l. 8. de excus. tut.
 nec percipere possum, cur illustribus viduis, quæ non minus mis-
 erabilibus sunt annumerandæ CARPZ. L. 2. Ref. 19. n. 27. seqq. hoc
 privilegium deneget: Tametsi enim judicum inferiorum potentiam,
 forte non perimeant, sufficit tamen, quod alia cause accedant,
 veluti consilii inopia, vexatio diutina, sexus imbecillitas, carentia
 mariti, & si quæ plures sint, quæ pro varietate causum & persona-
 rum occurront, ac passim a DDribus ad saepius dict. l. un. comme-
 morantur, quæ in divitiis ac pauperibus viduis, imò & virginibus
 parentibus ortatis, propter similitudinem cause, locum inveniunt:
 Præcipue cum non divitia, sed persona consideranda veniat.

THEISIS X.

Non minus ratione conditionis personarum, privilegiatum
 forum etiam competit, secundum l. prothesi elecāam, militibus, in
 dignitate constitutis, & Sacerdotibus; in verbis propter cingulum
 militiæ sue &c. Variis propter cingulum, milites gaudent privi-
 legiis. Habent enim suum ordinarium judicem, sc. Magistrum &
 præfectum militum l. Magisteria C. de jurisd. l. si postea C. de judic.
 gaudent jure singulati circa tutelas, testamenta, torturam, igno-
 ranti-

rantiam juris, gaudent beneficio competentiae &c. l. 18. de re judicata, unde & cinguli præscriptio sec. l. ult. C. de apparit. mag. milit. eorum jus appellatur, ita tamen, ut à foro communi, secundum communem DDrum sententiam, penitus non sint exempti, quod notabile: nam in delictis levioribus, remittuntur quidem ad Duces suos, l. 3. ff. de re milit. l. 6. C. de jurisd. omn. jud. in gravioribus autem puniuntur, ubi convenientiuntur. l. fin. ff. de accusat. Hodie per Recessum Imperii constitutum, si exercitus adhuc distet tribus milliaribus à loco delicti, tunc remittendum esse millitem ad exercitum, ut ibi secundum jus belli, poenam luat.

THESES XI.

Liberati sunt, ut dixi, ab onere tutelarum, quoniam artem profitentur liberalem §. 15. Inß. de Excus. tut. juncz. l. 4. C. qui dar. tut. l. 8. C. de legat. ubi ἐν παρότι notare licebit, pistores militum, qui frumentum publicè datum coquunt, vulgo Commiss. Becker ab hoc onere etiam esse immunes l. fin. ff. de excus. tut. ea forsitan peculiari ex ratione, quod circa viatum, quo sine aliâs armati militare nequeunt, die nocteque debeat esse occupati.

THESES XII.

Testamenta sua faciunt pro arbitrio, absque omnibus aliâs necessariis solennitatibus l. 42. ff. de testam. milit. confer l. 43. ff. cod. id quod tamen ad testamenta, in otio & pace conscripta, factaque extensum nolo, propter l. un. pr. de honor. poss. ex testam. milit.

THESES XIII.

Ratione torturae, privilegio olim insigni gavisi sunt, beneficio l. 3. §. 1. ff. de re militari, quod secus tamen se habet, tam in criminibus atrocissimis per l. 3. 4. ad l. Jul. Majest. l. 7. ff. de question. l. 11. l. 16. C. cod. l. 4. §. 4. C. de hæret. &c. quam hodiernis moribus, propter jus Carolinum, quod neminem à tortura excipit, in primis, quando princeps cognoscit de delicto, quo facit BRVNN. proc. inquisit. cap. 8. membr. s. n. 24.

B

THE.

THESIS XIV.

Et Juris ignorantia militibus, (ut inter omnes constat,) nocere non solet, et si milites fuerint DDres, adeo ut etiam in lucro captando, sententia haec obtineat. arg. l. 9. §. 1. ff. & l. 1. C. l. 9. pr. l. 11. C. de juris & facti ignorantia l. ult. C. de testam.

THESIS XV.

Beneficio denique competentiae, miles gaudet, propter l. 6. pr. & 18. ff. de effect. sentent. & interl. ne sc. ad saccum usque & peram excuti queat, sed ad sustentationem ipsi aliquid relinquatur: quod quidem pro creditoribus per quam durum videtur, sed ita lex scripta. vid. l. 14. ff. de LL. l. 20. cod.

THESIS XVI.

Recensita hactenus militum privilegia, quæ solis olim competitant militibus, vel auctore pagano, milite reo l. magisterie 6. C. de jurisd. omn. jud. hodie etiam extenduntur ad militiam, (quam vocant) rogatam l. 38. C. de Episc. & Cler. sub qua veniunt studio si, quandoquidem & hi precibus quasi militant adversus hostes Ecclesiæ, & in perpetua quadam schola inclusi sunt, cap. prælatum cum aliquot sequentibus & cap. ult. dist. 88. cap. vident, distinc. 86. text. in Nov. 123: cap. 5. Prohibet enim nominatum auth. habita C. ne filius pro patre, ne ad alium Judicem, quam Episcopum, aut Rectorem vocentur, neque, dum studia in Academia quadam persequuntur, ibique eorum gratia degunt, eos in civitate domicilium, quia animus in iis perpetuo ibi commorandi deficit, illeque animus ex sola habitatione, præsertim quando de alia commorandi causa constat, minime colligi potest l. 17. §. 5. l. 27. §. 2. ad municipal. l. 5. §. 3. de capt. & postl. revers. CARPZ. L. 2. Reff. 22. n. 20. sqq. constituisse dicendum est, quia alias miserimæ utique, imò deterioris forent conditionis, quam subditi perpetui, si ad extraneum promiscue loci judicem trahi possent. Ceterum loquor de studiosis, qui in albo academico nomen suum professi sunt, vel

vel ad minimum admoniti matriculam contum aciter non neglexerunt, odio enim aliás multo magis, quam favore digni essent reputandi, quapropter, nec privilegiato foro gaudere, eoque minus jurisdictionem judicis oppidanī evitare poterunt. RICHT. & DD. ad d. auth. habita Cod. ne fil. pro patre DONELL. L. 17. c. 20. litt. K. vid. CHRISTOPH. BE SOLD. *Dissert. de Studiosis. &c.*

THEISIS XVII.

Interim tamen nemo in eam venire debet opinionem, ac si forum studiosi privilegium ad contractus alibi celebratos, vel delicta extra provinciam commissa extendi, aut Rectorem desuper Jurisdictionem sibi arrogare posse, putarem; namque ob hæc & similia, in Academiis Senatus Academicos non esse molestandos, censeo, nè studia illorum contra intentionem allegaræ auth. interrumpantur, vel hi ab illis penitus avocentur. STRUV. Ex. IX. th. 25. FRANZC. ad tit. de judic. n. 42. quod tamen secus se habet eo in casu, si nullo loco alio studiosus conveniri possit, v. gr. si aliud domicilium non habeat, cum hoc loco ne aëtoris jus penitus eludatur, & in casibus memoratis, in academia talem convenire, nemini sit prohibitum arg. l. 7. C. de incol. qui plura de hisce desiderat, legat HERMANNI CONR. NGII de antiquitatibus Academicis *Dissertationes.*

THEISIS XVIII.

Vel dignitatis: qui dignitatem habent, fori itidem gaudent privilegiis; sunt enim à jurisdictione civitatis provincialis exenti, l. 24. de judic. CARPZ. in proc. tit. 3. a. 4. n. 76. KLOCK. vol. 3. c. 198. quæst. 3. velut principum consiliarii, seu ut generalius paulo dicam, statuum Imperii, qui in delictis coram Principe, vel commissariis ab eo ad id specialiter deputatis, sc. si delictum in provincia, secus si extra eam commissum fuerit, conveniuntur, l. 2. C. ubi de crimin. l. 4. C. de silent. STRYCK. de foro minister. priuc. Nam clarissimi etiam in delictis, forum delicti commissi sequuntur, quia

ut inquit l. 1. C. ubi senator vel clariss. omnem hujusmodi honorem
 reatus excludit, sc. honorem fori, de quo LLator in d.l. loquitur, non
 dignitatis, idque tantum quod clarissimi in provinciis delinquentes,
 non eorum Praefecto urbis conveniendi sint, & ad eum provocare
 queant, sed in eo loco, ubi crimen perpetratum, conveniri debeant,
 innuere voluit, nam dignitas penitus per reatum non collitur, et si ali-
 quo modo obfuscetur l. 1. l. 9. §. 11. l. 16. §. 3. l. 28. §. ult. l. 38. §. 2. de
 paenisl. 6. pr. ad l. Jul. pecul. l. 3. §. 5. ad l. corn. de siccari. LYNCK. Resp.
 47. n. 45. seqq. Illustres vero coram solo principe, vel ab eo dele-
 gato cognitore, in criminalibus conveniuntur l. fin. C. ubi senat. vel
 clariss. quod hodie ad Principes & status Imperii, ut hi in delictis
 etiam in alieno territorio commissis. non alium quam ipsum Im-
 peratorem judicem apnoscere teneantur, nisi in causa fractæ pa-
 cis publicæ & perduellionis versemur; de his enim summa Imperii
 Tribunalia cognoscunt, Ord. Camer. p. 2. tit. 9. §. So jemand ho-
 hen oder niedern & tit. 20. §. weiter ob sich jemand: extendunt
 DD. & fundamenta pro hac sententia ex Friderici II. & Alberti I.
 constitutionibus, nec non ex observantia Imperii desumpta adducunt.
 HEIG. p. 1. Q. 9. n. 42. SCHVBR. de Austreg. c. 5. n. 64. seqq. BRVNN.
 l. 1. C. ubi senator. vel clariss. GAIL. de Pignor. c. 3. n. 11. 12. 13. 14.
 BAVRM. de jurisd. lib. 6. GOLDAST. Politische Reichs-Händel
 SCHWEDERVIS in introd. ad juspbl. part. special. sect. 2. cap. 17. §. 20.
 & reliqui. At ex facto licito coram regimine, vel principis Dica-
 sterio, vel aulae Marechallo conveniuntur. (nisi pro prima instantia
 Domicilli forum ipsi elegerint. CARPZ. L. 2. Resp. 13.) Et hoc etiam
 ad alios statuum officiales, DDres recte extendunt, veluti Assesso-
 res, Secretarios, Quæstores extraordinarios, & Vicarios, Amble-
 verwesere (de quibus omnibus vid. BERGER d. l. n. 7.) Syndicos civi-
 tatis, qui simul Assessoris aut Fiscalis Provincialis dignitate fru-
 ntur. LYNCK. dec. 419. Hos etenim, aliosve, quia partem aliquo mo-
 do ejus corporis faciunt, evocavit princeps l. 4. C. de silent. l. cu-
 bicula-

bicularios C. de præpos. sacrar. cub. Cothm. v. 1. Bz. 21.. n 94. Alcys.
Ricc. in pr. For. dec. 549. MYLER de princ. & stat. Imper. c. 41. §. 5.
& 8. junct. ipsius Hyparoch. cap. 9. §. 15. HEESER de commun. bonor.
p. 8. cap. 9. §. 15. BRVNN. c. 3. dec. 60. MEV. p. 5. dec. 165. atque inter
hos privilegiatos, recenser BERGER d.l. non minus Praefectos Fore.
starios superiores, Ober-Förstmeistere / imo ad omnes indistincte
producitur Officiales, Renthmeister / Cammer-Cäfzirer / Pfen.
nigmeister & reliquos, quos omnes enumerare tam supervacaneum,
quam b. L. tædiosum puto.

THEISIS XIX.

Hoc interim fori privilegium iis durat, quanquam officialis jus
civitatis, quo emolumentorum particeps fiat, acquisierit, vel do-
mum ibidem sibi comparaverit, aut post Domini interitum, extra
servitia constitutus, vitam egerit. LYNCK. Resol. 343. ubi etiam de
foro rerum immobilium ad officiales pertinentium agit. vid. D.N.
BÖHMER in introd. in jus digest. tit. de judic. GRIBN. princ. process.
judic. proleg. §. 8. & 9.

THEISIS XX.

Verum prætereundum hic non erit, non aliter illis hoc forum
competere privilegium, quam si in civitate, in qua aula principe-
pis est, commorentur, & actu munera sua subeant, fin secus, il-
los jurisdictioni senatus oppidanii subiacere. CARPZ. L. 2. Ref. 13. per
tot. MEV. p. 3. dec. 404 n. 2. & 3. à quâ sententia nec alienus vide-
tur STRUV. Exerc. IX. th. 33. uti non minus ratione praefendorum,
à jurisdictione judicij realis se vix eximere poterunt LYNCK. Ref. 507.
Quoad ceterum autem, ei qui pluribus gaudet foris privilegiatis, in
quo conveniri velit, electio datur, & sic Cæsarea Majestas Succèx
Reginæ, ejusque successoribus, privilegium electionis fori conce-
dit: art. 10. Instrum. pac. Cæsareo Suecico Osnabr. §. 12. plura vide
apud RODING. ff. cambr. Lib. 1. tit. XX. cap. VI. sic tamen, ut intra
tres menses à die denunciatæ litis declarare debeant, coram quo se
judicio sistere velint.

THE-

THEISIS XXI.

Succedunt verba textus: *Veleriam Sacerdotii prærogativam:*
Prærogativæ nomine jus quoddam præcipuum, & singulare privile-
gium denotari BRISSONIVS de V. S. compluribus textibus proba-
tum dedit, add. GRONOVIVS Observ. libro nov. cap. 1. Hic autem
de prærogativa Sacerdotum, ratione fori sermonem esse, res ipsa lo-
quitur. Sacerdotes haud dubie Christiani hic indigitantur, & quan-
quam Imperator Justinianus à primordiis Imperii nimium quantum
papizaverit, complura tamen persuadent, in nostro textu eundem,
id nondum egisse, ut Clerici Imperio Civili plane eximerentur. Et
enim in l. 33. §. 1. C. de Episc. & Cler. (quæ utcunque Leonis &
Anthemii nomen præ se ferat, Imperator tamen Justinianus omnia
sua fecit) adhuc constitutum, Clericos lire pulsatos, Rectorum Pro-
Vinciæ judicio subiectos, ibique conveniendos esse. Et in Nov. 83.
pr. anno 539. emissâ, indeque de sumta auth. Clericus C. de Episc. &
Cler. eo demum delapsus fuit, ut Clericos in causa pecuniaria, primo
loco apud Episcopos conveniendos esse velit. Vnde per se liquere exi-
stimo, sub hac fori prærogativa in l. nostra, exemptionem à judiciis in-
terioribus unice indigari. Ast enim vero inter alia complura domina-
tionis (ne quid gravius dicam) arcana, quibus Hierarchia Papalis,
ad fastigium suum perducta, ac hodienum sustinetur, illud vel
præcipuum esse, quod, ut causas, quas vocant, spirituales & Ec-
clesiasticas, ita & personas, Clerum puta universum, Civili po-
testati eximere, per gradus tentaverint. Dn. BOEHMER ad tit. X.
de foro compet. solide probatum dedit, quo L. B. brevitatis studio
remitto.

THEISIS XXII.

Quam inertī verò & frigidō schemate, hæc talia jaſtentur,
quam ſiculnea ſint argumenta, quibus ſuffulciantur, B. Dn. de Coc-
cei, in eruditissima Diſſertatione: de fundata in Territorio & plur.
locor. concurrente potestate, tit. 3. in claram lucem protraxit, pon-
dero.

derosissimisque rationum & testimoniorum momentis evincit, & jure Naturali & positivo Divino, Moribus gentium, Jure civili Romano, quin & Canonico antiquiori, æque ac decretis conciliorum & institutis veteris Ecclesie Clericos civili, in Territorio, sub quo morantur, potestati subiecto esse: quæ singula hue conducere, jam quidem non vacat, illud tamen, quod in fine *d. tit. 3.*, pro consecratio subiungit, defendendum simul suscipio. Quod si hodie causa Clericum concernens, ad condominos Territorii, quorum alter Evangelicæ, alter Catholicæ Religioni addictus devolvatur, cum hic secundum principia suæ Religionis, partibus Judicis defungi haud queat, Evangelicum & Dni. Territorii & Judicis partes, in Clericum illum exercere posse recte, monet supra dicit. *P. de Marca de concord. sacerd. & Imp. L. 2. cap. 7. §. 8.*, ibique *Dn. BÖHMER.*

THESES XIII.

Evangelicos quod attinget, suspensa quoad illos, Clericalis illa Juris Dioecesani potestas, per pac. Religios. & Westphalicam, re ipsa vero plenarium jus circa facta Regionum Dominis, huic Religioni addictis assertum est. Quemadmodum vero aliunde constat, sub ipsis Reformationis initiis, Consistoria ad Exemplum Officialatum instituta & ordinata fuisse: ita ex eodem quidem principio profluxit, ut in plerisque Germ. Regionibus, Ministri verbi divini, eorumque officiales curis sive Consistoriis Ecclesiasticis subsint; id ipsum tamen, sicut à mero Domini Territorialis beneplacito dependet, ita minuere hanc exemptionis prærogativam, aut plane tollere, eidem omni tempore liberum manet, id quod Exemplis nonnullis comprobavit *Dn. BÖHMER ad tit. X. de foro competent. §. 38. Ordinat. principiat. Consistorii Hasso Cassellani cap. 8.* nominatim eo referens. Plane in delictis gravioribus, quorum poena est capitalis, sive corporis (*ut dicunt*) afflictiva, de jure can. quidem judex Ecclesiasticus cognoscit. *cap. 8. X. de judic.* ideoque à Consistorio sententia fertur, ut reus vel Monasterio includatur, vel detracto ornamento clericali, prævia

prævia inquam degradatione facta, brachio judicis secularis, puniendus tradatur, cap. 10. X. de judic. cap. 6. X. de arbitr. idque quoniam Consistoriis ecclesiasticis, bassa tantummodo (ut dicunt) jurisdictio, (die Erb- und Nieder-Gerichte) non autem alta, sive merum Imperium, (die Ober- oder Peinliche Gerichte) est concessa. HIERON. SCHVRF, Cent. 1. conf. 26. n. 2. TOB. PAVERM. L. 1. de jurisd. cap. 1. n. 14. contra illum autem, qui se tantum dicit Clericum, et si de ejus veritate adhuc dubitetur, ne judex quidem Laicus procedere potest cap. 3. X. de ord. cogn. cap. 2. X. de judic.

THEISIS XXIV.

Nullo autem modo ob huiusmodi arrestatum, Judex adstringi poterit, ut illum pendente cognitione dimittat, secularique tradat; sed eo usque in factum inquirendi, licentiam habet, donec constet, poenam corporis afflictivam posse dictari, daß etwas Peinliches könne wieder ihn erkannt werden. ZOES. ad ius can. tit. de foro compet. n. 4. sic, utin Clericis, qui assassinatus criminis, ut & Fautoribus illorum c. 1. de homicida in 6. ac delinquentibus, atque in habitu seculari inventis c. 1. X. de Apost. ceterisque casibus à Barbosa L. 1. J. Eccl. c. 39. §. 1. n. 69. seqq. ibi allegatis, privilegium hocce forum penitus cesset.

THEISIS XXV.

Inter eos autem, qui protestantibus annumerantur, si consistorium, hujusmodi crimen à Clerico perpetratum esse, advertit, quod vigore jurisdictionis alta est vindicandum, poenaque capitalis aut corporis afflictiva infligenda, cognitio causæ ac poenæ dictam, ejusque non minus executio, ad magistratum & judicem seculariem, sic tamen, ut degradatio non oblitificatur, remittitur, quod prius clare decisum reperitur, in Ordin. Eccles. tit. von beyden Consistoriis cap. 10. §. dann ob sich wohl ihr (scil. der Consistoriorum) Erb künftig nicht auf Leib und Leben erstrecket / welches den Gerichten der weltlichen Obrigkeit vorbehalten / & in O. P. de Anno

1612.

1612. tit. von Consistorial-Sachen n. 1. §. und weil vors andere/
 vermöge der Anno 1580. publicirten Kirchen-Ordnung sub Tit. von
 immunitatibus und Freyheiten der Kirchen-Diener / die Schul-
 und Kirchen-Diener allein die Real-Klagen und hohe Frevelen in
 Malefiz-Sachen / nicht aber in Schuldhändeln / und andern
 actionibus personalibus vor der weltl. Obrigkeit belangen werden
 können / innmassen dann solches bisher in unsern Consistoriis ge-
 halten &c. als lassen wir es bey erwehnten Verordnungen /
 Rechten und Herkommen billig bewenden &c. ultimum autem
 iure civili dispositum esse, legimus, in auth. Clericus C. de Episc. &
 Cler. vid. STRYCK ad BRVNREM. ius Eccles. L. 2. c. 19. §. 29. addatur
 LYNCK, ad Decret. tit. de foro compet. §. 2. & adæquatam sanctionis
 hujus rationem esse, quod jura non permittant, Clericum vel Episco-
 pum, cuius personam consistoria repræsentant, interesse judiciis cri-
 minalibus, in quibus de poena sanguinis reo infligenda agitur c. cler-
 cos s. &c. sententiam sanguinis pr. X. ne Cleric. vel Monach.,
 in tantum, ut nec adjumenti quicquam, vel auxili, poenarum dicta-
 mini & executioni Clericis afferre licet d. cap. Clericos &c. senten-
 tia sanguinis ibique Gloss. & Canonist. ne Cleric. vel Monach.,
 nemo in dubium vocabit,

THEISIS XXVI.

Interim utut Clerici ex speciali privilegio in Consistoriis sint
 conveniendi, judicemque secularem non agnoscant competentem,
 plures tamen dari solent casus, in quibus Clericus seculare forum de-
 clinare nequit, e. gr. si Laicum conveniat, c. 5. X. de foro compet.
 Citatio quoque edictalis, moto creditorum concursu decreta, &
 in trium Dominorum Territorie affixa, tam Clericos quam Laicos,
 subditos atque extraneos concernit: Huc spectat, si Laico Clericus
 succedat, vel si conveniatur in foro resistat: nam tunc nihil interest
 Clericus, sive Laicus sit, modo de rebus profanis, non ecclesiasticis
 lis moveatur, cum hic rem potius quam personam respiciamus l. fin.

C

C. ubi

C. ubi in rem actio Cap. 5. X. de foro compet. Neque Clericus, qua talis, sed qua possessor bonorum ad alios pertinentium, consideratur. Adeoque obstatre non potest, quo minus hac ratione ad forum seculare, quod alias prohibitum est, remittatur, auth. statuimus C. de Episc. & Cler. cap. nullus cap. si diligenter X. de foro compet. MYNS. cent. 4. obs. 22. ZANGER. de Except. p. 2. c. 1. n. 59. STRUV. Exerc. IX. th. 49. Nullæ enim qualitates, nullaque privilegia, in hoc foro attenduntur.

THE SIS XXVII.

Porro in Judicio ex l. diffamari & l. si contendat, forum provocantis Clericus, quippe qui in causa principali actoris vices sustinet, sequi tenetur. Mev p. 3. dec. 213. Et quemadmodum Clerici in Electoratu Saxonico à successione feudi, non arcentur, Conflit. Elector. 28. p. 3. sic eundem à Laico, intuitu feudi foro Domini Laiicalis conventum, ibi judicium suscipere cogi posse, nemo est, qui ignorat, quia illud, quod quæstiones feudales, non nisi proprium judicem agnoscant c. 6 & 7. X. de foro compet. cap. 5. & 13. X. de judiciis, omnium ferè ore est, præcipue cum Clericus hic non qua Clericus, sed qua vasallus consideretur. Cardin. de Luca tract. de judic. disc. 35. n. 40. & de jurisd. discept. 59. n. 14. non minus quoque in casu, ab alio intentatae evictionis, ad præstandam Emotori assistentiam, foro judicis Laici, coram quo causa illa principaliter ventilatur, Clericus præscribere nequit l. 49. pr. de judic. ibique BRVNN. LYNCK. in anal. d. l. MYNS. cent. 1. obs. 22. et si pro ipsa evictione præstanta, sive emptorem v. gr. defenderit, sive non, aut causas, quare assistere non teneatur, alter allegaverit auctor, coram suo foro conveniri debeat. Nam hæc judicia non sunt connexa, sed diversa, cum in priori venditor & emptor, unam sustineant personam. In hoc vero emtor venditorem, tanquam sibi obligatum & reum convenient, adeoque etiam ex Regula generali, ejus forum agnoscere tenetur l. fin. C. ubi in rem aet. neque aliter quam defensionis

sionis gratia, scalterius Jurisdictioni subjicit. SAND dec. FRIS. L. I.
D. 5. STRUV. Exerc. XXVII. th. 32. undesponde sua fluit, judicem
etiam si ipse venditor sit, & de evictione teneatur, posse ad præstatio-
nes, ex prædio in alium translato, solvendas, emtorem, cum di-
versa, alia publica privata alia subsit jurisdictione Judicisque confide-
ratio, condemnare Mev. p. 5. Dec. 54. BRVNN. ad l. 59. de evict.

THEISIS XXVIII.

Itidem in reconventione, si modo res, ratione cuius lis in-
stituitur, ita se habeat, ut illius cognitio Judici Laico competit,
forum Laici minus recte declinabit actor, atque non immerito vul-
gato isto, cuius in agendo quis observat arbitrium, cum habere
etiam contrasse judicem, in eadem causa non dedignetur. can. 1.
caus. 3. q. 8. & l. 14. C. de sentent. & interlocut, illi obviam ibimus.
add. Nov. 96. c. 2. §. 1. Et sane ipsa legis dispositio, vel maxime
huic juri, non minus atque tacita à privato facta prorogatio, cau-
sam dedit. vid STRUV. Exerc. IV. th. 59. ¶. legalis & necessaria.

THEISIS XXIX.

Illud negari quidem haud potest, quod clericus non sit con-
demnandus à judice Laico, cap. nullus X. de foro compet. sed regu-
lariter tamen hoc de con - non vero reconventione est intelligen-
dum, ut & frustra contra cap. 17. X. de Judic. Clericum ad ju-
dicem secularem trahi posse, affirmaveris; quia sponte sua, & ex
liberrima voluntate, hunc pro se elegit, quapropter ex necessita-
te legis, eundem contra se admittere tenebitur, vox autem omni-
no in fine allegati cap. posita, ad appellationem & denegatam ju-
sticiam, de quibus tantum agitur, non vero reconventionem per-
tinet, BACH. ad Treutl. tit. de Judic. th. 9. Cardin. de Luca tract.
de jurisd. disc. 94. n. 15.

THEISIS XXX.

Verum enimvero, cum pluribus privilegia Clericorum, sin-
gulariter hic scrutari, paginarum & temporis ratio non permittat,

generaliter tantum monuisse, sufficere credo, quod clericus secundum placita Juris Can. semper gaudeat foro privilegiato, nisi a) ratione rei sita contra eum actio moveatur, cap. 1. de privil. in 6. & cap. 6. X. de foro compet. b) si judicium in Clerico continuatur, quod in alio erat ceptum, y) nisi conveniat tanquam heres defuncti, nam tum succedit in omne jus quod defunctus habuit, & representat personam ejus, vid. MYSN. cap. 2. obs. 67. GAIL. L. 1. obs. 37. n. 3. cum seqq. Affid. Dec. 2. ḡam. Dec. 61. L. 1. d) nisi illi renuncient: de qua renunciatione quomodo fiat ac valeat, sequente Sectione, secundum ordinem l. in lenitate præpositæ, jam porro dicendum.

SECTIO II.

De valida in instrumento facta fori privilegiati renunciatione.

THEISIS I.

Consideratis hactenus singularibus in d. l. 29. C. de partis membratis Fori privilegiis, ad specialem nunc progredior sectionem, de valida in instrumento facta fori privilegiati renunciatione, ubi, ut promisso in propositione supra facto, satisfaciam, delibandum erit, an renuntiatio fieri possit? De eodem dubitatum olim fuisse, refert LLator, verb. licet ante dubitabatur. Ut autem diffusum præsentis materia ambitum, certis cancellis includam, renuntiatio alia est generalis, qua quis omnibus sibi de jure competentibus, in genere renuntiat privilegiis v. gr. si dicat; Er begebe sich hiermit aller rechtlichen Behelfs/ Wohlthaten und Freyheiten/ die ohne von Rechts und Gewohnheit wegen/ zu statten kommen könnten/ oder möchten/ so wohl die bereits eingeführt/ als auch die künftig durch neue Gesetze/ Statuta oder Gewohnheiten introduciret/ oder durch menschlichen Witz und Verstand/ sie möchten Nahmen

21

Nahmen haben / wie sie wolten / erfunden werden solten &c.
de quibus vid. KLOCK vol. 2. conf. 48. n. 2. alia specialis, quando
sc. quis certo sibi competenti in specie renunciat privilegio, uti in
præsenti materia e. gr. si addatur instrumento: und in specie der Ex-
ceptioni fori non competentis, immassen er seinem foro privile-
giato in besser Form Rechtens / wie solches immer geschehen
könne oder möchte/ hierinnen wolte renunciaret haben / &c.

THEISIS II.

Sicut autem multa sunt, quæ fori hujus renunciationi obi-
ctem ponunt, facultatemque hanc privilegatis personis denegare
videtur; (vid. RAPHAEL ad l. contraxisse ff. de obl. & ad l. si con-
venerit de jurisd.) ita priusquam ad validitatem illarum progre-
dior, impedimentum illud è medio removendum erit: sive enim
conditionem personarum respicias; hæc evitare nequit, quo minus
adeat judicem competentem, & cui reus sit subjectus, actor enim
sequitur necessariò forum rei, & non contra l. juris ordinem C. de
jurisdict. omn. jud. sive æquissimas veterum Imperatorum constitu-
tiones, accurata mentis indagine perlustres, nemini privato alteri
cuidatu, cui sc. non competit, novam jurisdictionem dare, nec eam
sine litis contestatione prorogare, licitum est. d. l. 3. C. de jurisd.
omn. jud. & l. 18. ff. de jurisdict. adeo, ut ad forum incompetens
causam trahens, propterea multari soleat l. in criminali pr. C. de
jurisd. omn. jud. & judici, qui præter, & ultra jurisdictionem suam
ius dicere velit, impune non pareatur, textus in l. ult. ff. de jurisd.
Nec potestas decet privatos, forum suum pro lubitu mutare, sed
ipsis ex eo illa merito admittitur, quoniam magistratui alicui esse
obnoxium, à jure publico venit, quod arbitrio privatorum non
potest mutari. arg. l. nemo potest ff. de legat. 1. & quod plurimum,
privilegium fori competentis, non pro milite, vel sacerdote, vel
dignitate gaudente, sed pro jus dicente, ut supra jam dixi, intro-
ductum videtur. Quorsum enim tot judicia poenalia, quibus ma-

C 3

gistra.

gistratus jurisdictionem suam tuerit: Unde Anglus, *dicit*, inquit, *judex, ponas manum ad stagnum, & non recedas, donec solvere quinquaginta, ad quæ te condemno, quia talen injuriam mihi intulisti, in contentum meæ jurisdictionis.* Si pro lubitu eam declinare liceret, & denique *judex ipse* in quem renunciatum, quoniam sub jurisdictione sua non habet renunciantem, vi cogendi destitutus, ita ut nec absentem ex alieno territorio citare, nec sententiam quam adversus contumacem protulit, executioni mandare possit: Est enim *judex extra jurisdictionem suam instar privati l. fin. de jurisd. adeo ut actus jurisdictionales, ab eo frustra exercantur, quin dicam, quod quilibet judex intra limites jurisdictionis suæ constringatur, nec alterum in exercitio juris sui inquietare possit § 4. Inst de Attil tur. d. l fin. de jurisd Nov. 96. cap. 1.*

THE SIS III.

Verum jurisdiction, non potest nisi communis esse, adeo ut tam ad jus dicenteum, quam cui dicitur, pertineat, & l. 18. ff. de jurisd. non de renunciente, sed jurisdictionem prorogante, quæ prorogatio non nuda sit conventione, sed ipso facto aedendi iudicium extraneum, loquitur. Quamobrem nec obstantibus aliis dubiis, cuilibet, qui privilegium haberet forum, isti renunciare, non est prohibitum. d. l. 29. C. de pactis l. 1. ff. si quis in jus vocatus. l. si convenerit ff. de jurisdict. cap. significatis x. de foro compet. adeo ut nec consensus requiratur, vel licentia judicis ordinarii, sed convenientium tantum sufficiat l. 1. & 2. ff. de judic. l. 1. §. & post operis ff. de nov. oper. nunc Jaf. ibid. n. 11. quia consensu privato, illius Jurisdiction prorogatur, qui juri dicundo praest text. in l. 1. & l. pri- vatorum C. de jurisdict. omn. jud. MYSN. cent. 1. obs. 88. ubi dicit, propter factam renunciationem privilegi fori, Cameræ jurisdictionem fundari, vid. GAIL. L. 1. obs. n. 29. et usque, ut voluntatem re- nuncians, mutare non possit; quod & AFFRICANVS in l. 18. diserte affirmat, atque Imperator in specie in l. nostra, quando dicit: San- cimus

cimus; nemini licere adversus pacta sua venire, & contrahentes
decipere.

THESIS IV.

Quemadmodum itaque nemo postea illud impugnare potest,
quod semel approbavit l. 9. ff. de negot. gest. l. 5. de Decret. ab ord.
fac. & nemini licentia data, voluntatem suam in alterius mutare
jacturam l. 75. de R. I. cap. 21. de R. I. in 6. ita hoc eatenus procedit,
quatenus fori privilegium principaliter constitutum reperitur, in
favorem tenuciantis, secus, si favorem Judicis & magistratus si-
mul concernat, tum enim, nisi ipse consentiat, renunciantique con-
cedat, ejusmodi renunciatio ipso jure erit invalida, uti contingere
solet in privilegiis exemptionum, quæ statibus quibusdam Imperii,
Cæsarea Majestas concedere consuevit, quo nemo coram Ro-
lensi, aliove Tribunalis subditos eorum convenire s. in jus vocare
possit. Interest namque hic utique ipsius eximentis, ne subditi sui
lites, per alterius judicis sententiam dirimantur, talemque suam
Jurisdictionem amittat: sic nec Studiosi Rectoris Magnifici forum
declinare poterunt: tam altas enim forum hocce privilegiatam,
hodie egit radices, ut nec volens Studiosus, (qua Studiosus istius
Academie manet) eas evellere, aut alterius jurisdictionem prorogare.
possit: Nam et si quilibet favori pro se introducto, licite possit re-
nunciare, non minus tamen hic Regula patitur limitationem, nisi
ita datum sit, ut insimul ordinem concernat, uti in hoc casu ac-
cidit, in cuius proinde prajudicium, ne dicam contemtum, pro-
rogatio vel fori renunciatio, nihil operabitur arg. l. si diligenti X.
de foro compet. verum integra Academiæ manebit avocatio VVLT.
ad L. I. C. de jurisd. n. 168. MATTH. STEPHAN. de Jurisd. L. I. C. 22. n.
37. aliisque, ac sic consensus quoque Studiosi, hic parum prode-
rit, quoniam renunciatio semper tacitam sub se habet clausulam,
salvo jure tertii. Quomodo autem, cum toti ordini hoc modo
præjudicaretur, salvo jure tertii id fieri possit, nisi cum ratihabi-
tione

tione ipsius ordinis fiat, non video. *vid. MARTA de clausul. p. 2.
clausul. 69. n. 1.* neque distinctionem STRYCKII in not. ad Lauter.
tit. de judic. utrum in toto se jurisdictioni Rectoris subtrahere velint,
an in particulari quadam causa, cum utrobius eadem subsit ratio,
præjudicium sc. ordinis, approbare possim: Nam hic quoque vul-
gata juris Regula locum occupat: *Quod juris est in toto, quoad to-
tum, id juris est in parte, quoad partem. l. 76. de R.V. l. 82. §. 3.
de legat. 1.* Attamen cum hoc singulare in Studiosis, quod non tam
à juramento, cum non in omnibus R. I. Academiis, sacramentum
ab ipsis, dum matriculæ nomen dant, exigitur, quod exemplo
Academiaz hujus Marburgensis, Giessensis aliarumque manifeste
comprobatur, & nihilominus Studiosi forum Rectoris declinare in
illis nequeunt, quam potius moderno & mutato rerum statu, qui
multum à temporibus Friderici Imperatoris, cuius auth. habita C.
ne filius pro patre est, discrepat, desumendum videtur: sic ad alios
v. gr. milites, hoc privilegium sane maxime restrictum, extendi
nequit. Et quamvis nec Clerici de jure can. fori privilegio renun-
ciare possint, quia & illud, non illis solis, sed toti ordini conces-
sum sit, sec. cap. significasti de foro comp. ubi Gloss. & Abbas in
verbo MANIFESTA cap. si diligenti §. fin eod. Jo. ROBERT. MA-
RANTA spec. aur. p. 4. dif. 11. n. 2. de ord. judic. secus tamen hoc se
habet de jure civili, per sèpè alleg. l. 29. C. de paciō: ubi expresse
Imperator rescribit. *Quodsi quis confessus fuerit, se non usurum
fori præscriptione, propter Sacerdotii prærogativam, non licet
ei, adversus suam conventionem venire. vid. l. 51. C. de Episc. &
Cler. B. STRYCK. V. M. tit. de jurisd. §. 22.* sicque in terris Imperii
servari deberet, ex Regula: *Quando leges & canones diversa sta-
tuunt, & inter se pugnant, quælibet lex servatur in suo foro, in
causa indifferenti.* MARANT p. 3. n. 73. de ord. jud. SCHNEIDEW. in
Inst. tit. de nupt. in pr. n. 1. Nec Vasallus jurisdictionem, Domino
suo invito, in alterum prorogare potest, & si fecerit, nullius est
præju-

præjudicii prorogatio illa, sed Dominus ab alterius jurisdictione, il-
lum revocandi jus retinet. BAL. in d. l. s. quis n. 2.

THEISIS V.

Ceterum quemadmodum omnis exceptio firmat regulam in
casu non excepto l. i. de R. J. ita, quoties queritur de renunciatione
fori, an valeat : distinguendum est, utrum lex vel Princeps, in favo-
rem superioris, de foro disponuerit, an vero solum respectu privatou-
rum, sic, ut singulis, qua singulis, competat? Primo casu, quia privatou-
rum pacto illud licitum non sit, quod publica lege est prohibitum,
arg. l. s. C. de LL. l. 38. ff. de pacz. renunciatio privilegii fori, jurisdi-
ctionisque prorogatio, absque consensu superioris, cuius simul in-
terest, fieri nequit. Altero autem casu renunciatio utique valebit,
cum de unius tantum favore, non autem magistratus, aliæ competen-
tis hic agatur.

THEISIS VI.

Distinguitur itaque renunciatio in illam, quæ est juris privati,
& illam, quæ est juris publici, nec minus vel juris permissivi, vel prohi-
bitivi: priori intuitu renunciationem validam esse, non autem poste-
riori, concedunt omnes; Satis grave enim hic dubium, quod sacris
Catholicis addicti nobis movere videntur, quando probare satagunt,
Clericos ab omni Jurisdictione seculari penitus exemptiones esse, adeo ut
neque per prorogationem voluntariam, neque per juramentum fo-
rum suum privilegiatum declinare valeant. arg. c. 12 & 18. X. de fo-
ro compet. can. 43. causa 11. quæst. 1. pro ratione allegantes, re-
nunciationem istam non esse juris privati, sed publici, non permissivi,
sed prohibitivi, idque ex Concilio Carthag. III. probare conantur;
ubi sub poena amittendæ rei evictæ, Clericis prohibitum est, seculari
judicio se se submittere, siquidem ad eligendos judices inique de Ec-
clesiae confortio judicat, qui de universa ecclesia male sentiendo, de
judicio seculari poscit auxilium: Astenim vero, longe aliam judicio-
rum Episcopalium faciem prioribus seculis fuisse, cum lites adhuc
sine strepitu forensi, per modum amicabilis compositionis compo-
nen-

serentur; qualis compositio Clericis in primis commendatissima esse debebat, indeque ad hodierna judicia Episcopalia, à civilibus litium protelatione & expensarum magnitudine haud diversis, solidè probatum dedit, *Dn. BÖHMER ad d. tit. X. §. 40.* pariter & altera ratio pontificia, quod hoc privilegium fori non personæ seu singulis, sed toti collegio concessum sit, æque infirma est, cum privilegia intuitu singularum collegiis concessa, omnino renunciationem admittant, eo quod nullum universitatis præjudicium hic subsit, sicut ex Stephani tract. de jurisd. pluribus evicit *Dn. BÖHMER d. l. §. 41.*

THESES VII.

Quapropter rectius Iustinianus in verb. *si quis in instrumento confessus fuerit, se non usurum fori præscriptione, propter Sacerdotii prærogativam* &c. probat, Clericorum collegio, illud privilegium ita esse concessum, ut singuli eo gaudeant, adeoque singuli etiam eo recte renuncient; modo conventio non dolo malo, aut contra leges fuerit inita, cum alia sit regula juris antiqui, omnes licentiam habere, his, quæ pro se introducta sunt, renunciare: quod perbelle non minus demonstrat STEPHANI de jurisd. L. 1. cap. 22. n. 35. detrahit enim renuncians Clericus, & jurisdictioni alienæ se subjiciens, de jure suo proprio, non de jure publico. CUJAC. B. STRAUCH, ad l. 29. c. de paæ. diff. 1. cap. IV. 32. seqq.

THESES VIII.

Apud Evangelicos, verbi divini ministri, consistoriis Ecclesiasticis, ut supra vidimus, equidem subsunt, sed non ex præscripto juris can. verum ex mera Principum indulgentia, qui proinde hanc exemptionem restringere, minuere, vel penitus tollere possunt: sic in Electorali Saxonia à Consistoriis ad Regimen Regium licite provocant vid. SCHILTER inßt. jur. can. lib. 1. tit. V. §. 13. unde tanto minus dubitandum, fori renunciationem ab iisdem factam, de jure validam esse. Dominus BÖHMER d. l. §. 38. & 41. GREVÆUS concl. præf. 37. n. 14. seqq. Resp. scab. Lips. 1657. Par enim hic obtinet ratio ac in

in privilegiis ministeriis Principum concessis, ubi nemo facile affirmabit, eos citra præjudicium reliquorum, foro suo privilegiato non posse renunciare. Sed differentia hic est facienda, inter renunciationem, prorogationem & promissionem solutionis, certo ac determinato aliquo loco facienda, cum hic, qui alio loco veluti Marburgi degens, si Giessæ solvere promittat, ibidem videatur contraxisse, quia effectus solutionis eo refertur finalis, atque inde nequit contra contractum semel initum, sine consensu alterius contrahentis venire, illumque decipere, ex regula *quod summa potestas inhæret territorio, finiatur in territorio, & in territorio sit fundata.* Locus namque solutioni destinatus, contractus partem facit, sicut & dies. Prorogatio vero jurisdictionis, facit extensionem & habitus & actus, & terminos suos naturales excedit, unde merito litis contestatio accedere debet, ne poenitentia locum habere possit, quoniam ipsa prorogatio sit denique effectivè, per litis contestationem, renunciatio autem statim valida est, quia renuncians hoc agit, ut jurisdictionem ei tribuat, contra quem alias exceptionem fori incompetentis allegare potuisset, quam poterat declinare. Hinc exceptio declinatoria per hujusmodi renunciationem removetur.

THEISIS IX.

Interim Judex, cuius jurisdictione prorogatur, non potest sententiam suam mandare executioni, quia non est judex, nisi usque ad sententiam, Guido Papæ quest. 77. n. 4. sed per requisitoriales litteras, competenter ad executionem sua sententiæ, debet implorare, nisi sub judicis prorogati jurisdictione, bona renunciantis sint sita arg. l. 47. pr. delegat. r. l. 10. & 11. de R. V. quoniam ibi in actione reali, ex Regula, *quod forum speciale non excludat generale* l. 50. pr. & q. fin. de judic. judex est competens, aut de judicio sisti & judicatum solvi, Partes sufficienter caverint. Consent. HILLIG. ad DONELL. l. 17. cap. 10. circa fin. & Mev. ad ius Lubec. quest. prælim. 2. n. 20. Cum enim nec ordinarius sententiam suam, in alieno territorio, nisi per

subsidiū competentis judicis exequi possit. arg. l. 15. ff. de re judic. l. 45. §. 1. de judic. Nov. 134. cap. 5. inde plus juris prorogatus non habebit, et si non negem, ex sententia à prorogato judice dicta, actionem judicati posse institui, coram judice re sita vel domicilio, per ea, quæ habet Wiffenb. adff. tit. de re judic. §. 19.

THESES X.

Sic ex hac tenus consideratis nunc facile intelligi poterit, non solum renunciationem fieri posse, atque valere, sed etiam exceptionem præscriptionis, contra conventionem esse invalidam. Nam, si renunciatio adeo est servanda, ut nemo regulariter ab ea recedere possit: necessariò etiam præscriptio contra conventionem expirabit,

SECTIO III.

THESES I.

Supereft, ut ad ultimam dissertationis partem progrediar, ubi ipsa sanctio, præpositæ l. 29. C. de patib., consideranda venit, siquidem ut judex, fori declinatoriam post renunciationem admittens, item suam faciat. Quemadmodum enim in veteri illo Romano Imperio Imperator fons erat, atque origo omnium legum civilium, ex quo, & in quem, omnes legum fluebant & refluebant interpretationes, tanquam flumina de mari & in mare, sic, ut omnes dignitatum ac magistratum thesauri in eore conditi, CURT. jun. conf. l. n. 17. JON. BORG. de feud. cap. 4. n. 12. adeo ut Judices suos, si quid contra leges suas fecerint, plectendi & removendi potestas in illum fuerit collata. Ita non minus & legem judicibus Imperii sui præscribere voluit, quo secundum intentionem suam ac voluntatem, lites dimitant, quando dicit: *omnes itaque Judices nostri hoc in litibus obseruent: nim. ut judicent in hoc casu secundum illud, quod in l. præscripti, ita ut hujusmodi observatio & ad pedaneos Judices, & ad compromissarios, & ad arbitros electos perveniat.*

THESES II.

Qui Judices sint pedanei, qui compromissarii, quique arbitrii

tri electi, res est protrita. Dicebantur nim. judices pedanei delegati l. 5.
c. de judic. speciales l. ult. ff. de offic. prætor. Addicti judices ac Cogni-
tores dati, l. 3. *de jurisd.* l. 12. l. 46. *l. pen. de judic. tit.* C. qui pro sua
jurisd. judic. dare. Arbitri & recuperatores *Theoph. pr. Inst. de*
interd. &c. verum cum Judicum pedaneorum nullum nobis vesti-
gium sit relictum, non opus erit, de officio eorum anxiè inquirere,
qui antiquitati incumbere amat, legat PEROTTVM & CALVINVM ad
tit. C. *de pedan. judic. desider.* HERALD. animadu. contra SALMAS. l. 5.
c. 14. n. 19. seqq. Quapropter ad Compromissarios transeo, judices sc.
qui libero partium consensu litis decidendæ gratia electi, officium
hoc suscipiunt, quorum decisio stipulatione poenæ solet muniri l. 1.
derecept. qui arbitr. recep. l. *societatem §. arbitrorum ff. pro socio l.*
cum lege ff. de arbitris i.e. ad quos ex compromisso itum est. CAMILL.
BORELL. *tract. de comprom.* §. 3. gloss. 3. de cuius constit. vid. STRUV.
Ex. 8. th. 97. cum seqq. Quomodo autem coram hoc arbitrio de re-
nunciatione fori cognosci possit, valde dubium existit. Nam cum
compromissarius non propter competentiam fori, sed compromis-
sum audeatur, sive compromissario intelligas oppositam fori præscri-
ptionem, inepta erit exceptio, adeo ut non queratur, an renunciatio
fori compromisso facta teneat, nec ne? sive arbitri super hac ipsa quæ-
stione, an renunciatio fori valeat, nec ne, acceptus sit: frustranea erit
cognition, quæ ab Imperatore nostro in d. l. jam affirmativè est definita,
sive super factu compromissum esse dixeris, an facta fuerit renunciatio:
non est qua compromissarius item suam facere possit. Compromissa-
rii enim Judicis partes tantum sunt, ut inquirat, an fuerit probatum,
renunciationem fori esse factam, cuius tamen factæ renunciationis
effectum cognoscere, cum non tangit, adeoque nec in hoc item
suam facere potest. Ut ad arbitrum pertineat quæstio, an renuncia-
tio valeat? Dni. STRAVCHI retinebo explicationem, qui dupliciter
quæstionem accipit, sc. in thesi, qua ratione quæstio juris est mota,
jamque per Imperatorem decisa, quo sensu ad arbitrum pertinere ne-

quit, quoniam de articulo iuris compromittendum non est l. 6. & ibi BALD. Salicet. Raphaël C. de rebus cred. vel hypothesi, an sc. Trii militis, aut sacerdotis renunciatio valeat? quæ mixta est quæstio, & arbitrum tam ad ius renunciantis quam factum, i.e. renunciationem ipsam respicere obligat: si postea de facta renunciatione constat, secundum eos, quæ Imperator præscripsit, est judicandum? si secus fecerit Judex, item suam faciet, quod idem Sanctio Imperatoris vult, per verba, quod si neglexerint secundum hanc sc. suam decisionem pronunciare, item suam facere intelligantur.

THESES III.

Lex noviter constituta si subditos obligare debet, parvi, immo nullius aliquando momenti foret, nisi poena transgressoribus illius, fuerit adjecta, quod nec hic LL. toromittit, sed illis, qui secundum hanc à se decisam legem non judicant, poenam dicitat, dicens, eos item suam facere: & communis omnimodo hæc coercitio est judicium male judicantium, quod item faciant suam, i.e. item in se transferant, sic, ut ex judge fiat reus, dum sc. parti læsa ad omne tenetur praestandum interesse, adeoque cum indemnem servare l. fin. de var. & extraord. cognit. pr. Inß. de oblig. quæ ex qs. del. Ratio est, quia judex, vel arbiter, qui aliquem contra legem condemnare non erubescit, si ex actis appareat, quod sit absolvendus, censetur in dolo esse Alex. conf. 273. vol. 2. n. 14 in caus. vert. qui autem dolose agit, committit delictum, quod non debet manere impunitum,

THESES IV.

Antequam dissertationis meæ abrumpam filum, coronidis loco monendum licebit, inutilem ac plane superfluam illam circa renunciations cauelam esse, quæ nonnulli obligationum instrumentis pro firmamento userunt, ut sc. primo specialiter, deinde generaliter renuncient, dein subjiciant, se insinul renunciare vellere regulæ, quæ dicat, quod renunciatio generalis non valeat, nisi precesserit specialis. Quid enim magis hæc, quam generalis, quando specia-

specialis non foret præmissa, operari poterit. Tantus itaque ut alii, putant, usus hujus non est; quoniam in generalibus, sufficiens ad iurium renunciationem mentis deliberatio, enixaque voluntas non appetat, quæ tamen ad eam, quæ alienationis præ se fert speciem, necessariò requiritur, cum actus agentium urgestant sunt, exitum sortiri debent, & ex intentione contrahentium sint dijudicandi, l. 19. ff. de rebus creditis: cui menti obstat ignorantia: uti enim nemo juri suo proprio renunciassè censeretur l. si mater 19. §. ult. ff. de inoff. test. Cephal. L. 1. conf. 3. n. 100. ita actor statim, in primis, quando cum persona contraxit, cui jus ignorare licitum, à limine judicij repelletur. vid. l. 1. C. de jur. & fact. ignor. l. 9. §. 1. cod. Sfort. Odd. de rest. p. 1. Q. 10. art. 7. n. 53. vid. omnino l. ult. §. si nesciunt C. de furt. GAIL. L. 2. obs. 4. n. 2. & O. 77. n. 8. Deinde renunciatio fori privilegiati est stricti juris, adeoque personalis, quæ personam contrahentem non agreditur CARPZ. p. 2. Conf. 35. def. 11. n. 3. unde non raro cautela utilis erit, ut renuncians suo, suorumque heredum nomine, instrumentum concipiat e. gr. Er renuncire hiermit vor sich/ seine Erben und Erbnechmen / quæ non tantum necessaria erit cautela, sed etiam, quo minus litibus, postea suppeditetur, anla impedit.

TANTUM.

ACCLAMATIONES VOTIVÆ.

TE, WLOEME, dignum nunc nitidâ putat
Phœbus coronâ. Tu decus accipe
Illustre latus, quod Sotores
Aoniae tribuunt merenti!
En, ipse toro pectori gratulor
Summos Honores. Hos Deus approbet,
Prosis ut orbi Christiano,
Et valeas Pylios in annos!

Ita ex animo congratulatur
J. CASP. SANTOROC,
Profes. in Academ. Marburgens.

Carbaseos torquere sinus ut navita solers
 Novit, (quando ratis stridens aquilone procella
 Molem adversa ferit, flu&usque ad sidera tollit,)
 Salvus ut effugiat tumidi discrimina ponti,
 Felixque optati contingat littora portus :
 Sic DOCTORANDO portum contendere in alnum
 Per varios casus, exantatosque labores,
 Perdidicisse datum est: ideo decoratus HONORE
 Itque, reditque domum placidus, duce numine fausto.

*Metro hoc novenario, Pieria turba novena nomine
 gratulantur & applaudunt
 Domini Professoris Santorocci
 COMMENSALES.*

Ascendens juris, Frater per amande, Cathedram,
 Descendis multa non sine laude viri.
 Nec quicquam cresceret, credas, mihi gratius ista;
 Gratiolor ingenium non latuisse tuum,
 Saxeus est Helicon, singunt, cantantque Poëtae,
 Sed vertex ferti floribus ipse nitet.
 Si præstans, promitus, durus perferre labores
 Sic Tibi perdocto præmia plura cadent.
 Totum per tempus cingat Te gratia Christi,
 Et Tua corroboret pectora firma fides.

*Multis adseritis panca hecce subscribit
 fraternus integer amor.*

JOANNIS PHILIPPI WLOEMEN,
 T. T. P. S., Heinricensis.

Marburg, Diss., 1725-30

f

ULB Halle
004 165 535

3



5b.

Pub. 20. num. 43.

*DISSE*R^TAT^O IN AVGVRALIS JVRIDICA,
DE
1726.5
VALIDA IN INSTRV-
MENTO FACTA FORI
RENVNCIATIONE,

*Occasione L. si quis 29. C. de pactis,
DIVINA ASSISTENTE GRATIA,*

EX
DECRETO ET AVCTORITATE
MAGNIFICAЕ FACVLTATIS JVRIDICAE,
IN ILLVSTRI MARBVRGensi ACADEMIA

SVMMIS IN VTRQVE JVRE HONORIBVS,
ET PRIVILEGIIS DOCTORALIBVS RITE CONSEQVENDIS,

PUBLICO ET SOLENNI
ACADEMIAE PROCERVM EXAMIN:
DIE XXV. MENS. IULII ANNO MDCCXXVI.
SVBMITTIT

STEPHANVS SIGISMVNDVS
WLDEMEN, KENFRIED
SAXO. UNIVERS

MARBVRGI CATTORVM,
TYPIS PHILIPPI CASIMIRI MÜLLERI, ACAD. TYPogr.

